Fragmentarium

ges amici atque socii et singuli in suo quisque
regno cesareas urbes condiderunt. Filiam et neptes
ita instituit ut et lanificio assuefaceret. vetaret
que loqui aut agere quicquam nisi propalam et quod in di
urnos commentarios referretur. Extraneorum quidem
cetu adeo prohibuit ut Lucio claro decoroque
iuveni scripserit quondam parum modeste eum fe
cisse quod filiam suam baias salutatum venisset. Am
micicias neque facile admisit et constantissime
retinuit. non tantum virtutes ac merita cuiusque dig
ne prosecutus sed vicia quoque et delicta. Patronus
dominus non minus severus quam facilis et clemens. Dy
omeden dispensatorem a quo sibi ambulanti
incurrenti repente fero apro per metum obiec
tus est. maluit timiditatis arguere quam noxe
et rem quod non minimi periculi quia tamen fraus aberat
in iocum vertit. De parsimonia eius in victu et eloquio

Nec thoro quidem eum nisi in ingenio eius. xlvii.
habuisse aiunt nisi humili et modice instra
to. veste quoque non temere alia quam domestica usus est
ab sorore et uxore et filia confecta. Togis neque

tamen aliquid de se nisi et serio et a prestantissimis
offendebatur. Tonitrua et fulgura paulo in
firmius expavescebat ut semper et ubique pellem
vituli marini circumferret pro remedio. atque
ad maioris tempestatis suspicionem in ab
ditum et concameratum locum se reciperet. Euse
bius in c. De hiis que in principio ipsius et acci

Anno imperii augusti primo decimo. xlviii.
iunt certa portenta que facta sunt toto orbe
bos in suburbio rome ad arantem locutus est.
frustra se urgeri: non enim frumenta sed homines
brevi defuturos. Laberius mimorum scriptor
decimo mense post gayum cesarem puteolis
moritur. Publius mimographus natione syrus
rome scenam tenet. Cicero in formiano suo
ab herennio et pompilio occiditur sexagesi
mo quarto etatis sue anno. Caput eius cum
manu dextra pro rostris positum. iuxtaque co
ronata pompilii multis ymago qui eum
occiderat. Ovidius naso nascitur in pelignis
Gayus felladius tribunus plebis legem tu

License: public_domain – Brugge, Stads- en O.C.M.W.-archief Brugge, reeks 538: Fragmenten van handschriften, nr. 37, fol. [3b]v – Vincentius Bellovacensis, <i>Speculum historiale </i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-a3wp/9756/71126)